



FABVLARVM

POETICARVM

P. OVIDII META-

MORPHOSI DESCRI-

ptarum

INTERPRETATIO ETHI-

ca Physica & Historica

Autore

GEORGIO SABINO.

FAB. I. ANTE &c.

De Chao.

Prima & maxime admiranda Metamorphosis est, rerum **Ex Chao**
creatio, quid enim admirabilius, quam informe chaos **mundus:**
in pulcherrimum hoc mundi opificium, ac tenebras in lu-
cem converti? Nec vero dubium est, Poetarum narratio-
nes de mundi fabricatione sumptas esse ex veteri patrum
doctrina, quam alii simplicius recitarunt, alii magis in-
voluerunt fabulis, ut Orpheus, & deinde Musaeus ac Li-
nus. Versus est Orphei recitatus à Iustino Martyre, & à
Elemente Alexandrino de unitate Dei:

Vnus est per se genitus, ab uno sunt quaecunque fabri-
cata omnia:

Fuit enim consentiens veterum sapientum vox, unum **Vnus De-**
esse infinite potentie Deum, fabricatorem totius machine **us, à quo**
mundi, sapientem, Veracem, bonum, iustum, beneficium, **omnia:**
castum, qui sic ordinavit mundi corpora, ut hominibus

2
victum